

THESES MISCELLANAE,

Quas

Cum Approbatione Amplissimae Fac. Philos. in Regia Academia Aboensi, ventilandas sistunt

AUCTOR

JOHANNES SCHMIDIUS, M. A.

Stockholmia Succus,

Et

Respondens

PETRUS BONSDORE,

Wiburgensis.


Die XI. Marti, Anno Christi MDCCXXXVIII

Loco horisque consuetis.

ABOAE,

Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typ.

1738.



Thesis I.

Historia Literaria, omnibus literarum studiis non solum præmittenda est, verum etiam cum illis coniungenda.

Thes. II.

Historia Literaria non addiscitur propter se ipsam, sed propter alias literas.

Th. III.

Historia Literaria est Philosophice, immo, quantum possibile, Mathematice, nunquam vero sine iudicio tractanda.

Th. IV.

Postquam Conradus Gesnerus, aliquique docti viri Helvetiae, historiam literariam, et si imperfecte satis pro illis temporibus excoluere, literae ad fulgorem multo maiorem peruenere.

Th. V.

Vti Christian Wolfius iure meritoque est habendus pro summo Philosopho, quem orbis hactenus vidit, si edat scripta Philosophiae Moralis, eadem industria, qua scripta Philosophiae Theoreticæ iam edidit; sic studium Historiæ Literariæ, si secundum Methodum, quam ille suadet, tradetur, erit scientiis multo utilius.

Th. VI.

Etsi Galli Anglique Regios sumtus habeant, ad excelen-

lendam Historiam literariam, velut omnia studia, tamen
Germani priuatis sumtibus excoluerunt & excolunt eam-
dem tam bene, velut illi.

Th. VII.

Etiamsi multa diaria Germanorum contra voluntatem
Auctorum, antea finem ceperunt, quam ipsi value-
runt Auctores, hincque incompleta videantur, tamen
inseruent, Historiam literariam philosophice in poste-
rum tradituris, quam optime.

Th. VIII.

Tales Polyhistores, quales D. G. MORHOFIUS seculo
XVII. & JOH. ALB. FABRICIUS nostro, fuerunt, orbis e-
ruditus non tam cito videbit; interim Historiam lite-
rariam philosophice in posterum tradituri, maiorem v-
tilitatem, orbi eruditio, laboribus suis concilient; etsi
per illorum nauatam industriam, hi ad tantum lumen
peruenierint.

Th. IX.

Non speranda est perfecta Historia literaria, qualem
PETRVS LAMBECIUS intendit, ante quam societas aliqua
sece coniungat, ad illam componendam. Huic vero la-
bore vel Galli Anglique, propter sumtus, qui tali ope-
ri impendantur, necessarios, sunt aptissimi; vel Gér-
mani propter diligentiam summam, quam adhibent in
omni studiorum genere.

§ X.

Talis est status eruditionis nostra etate, in Gallia, An-
glia atque Germania, ut majori iure possit hæc vocari,
etas aurea, quam Ciceroniana propter latinam linguam.

§ XI.

Temporibus antecedentibus, saecula quævis sua habu-
erunt

erunt studia, a quibus *ναῦς εἰσόχει*, quoque nomen suum habent, ut Barbara, Physica &c. sed per Philosophiam Wolfianam, nostra ætas, vnico studiorum genere non est celebris, sed per illam omnia studia, lucem cum acceperunt haud exiguam, tum in posterum quoque accipient longe maximam.

§. XII.

Philosophia Wolfiana non est *Philosophia pigrorum*, vel vana ambitione stultorum, quasi illam tractanti non opus esset, aliorum euoluere labores. Sed illam tractaturus, ipso Auctorem ipsum imitabitur, qui a iuuentute euoluit scripta & vetustiorum & recentiorum. Euitabit ansam a recto tramite recedendi, per stultitiam præcipitantiæ & auctoritatis, & sic per continuas meditationes demonstrationesque ad quotidianam ingenii culturam crescat, ita ut hæc Philosophia merito dici queat, *scientia possibilium, cur & quare-nus esse possunt.*

§. XIII.

Experti aliqui Rectores scholarum in Germania sunt, ut iuvenes, si a primis ætatis annis, instillentur principiis Philosophiæ Wolfianæ, in studiis, anno ætatis suæ decimo sexto tantos profectus iam fecerint, quantos Academicí studiosi vetustiores, antehac non fecerunt.

Th. XIV.

Sed habuit tamen hæc Philosophia persecutores, nihil vero nocuerunt Wolfio. Plures etenim amicos habet quam inimicos. De præstantia vero illius Philosophiæ disputaturus, non a multitudine amicorum, sed ab excellentia Philosophiæ ipsius, sumet probationes.

3

§. XV.

Veriora sunt verba Cel. Pastoris Genevensium JOH. JAC.
KOETHENII, in principiis quibusdam Methaphysicæ
Volfianæ, impressis Colonizæ Allobrogum. MDCCXXX
VII. & quidem in accessionibus, vbi reperitur epistola
scripta ad C. Volfium. In operibus tuis Philosophicis, Te-
metipsum superasti. Attigisti fere metam humani ingenii; Ul-
tra hoc fastigium nulla alia Philosophia ascendere posse vide-
tur; quam scholasticorum de Aristotele dicentium, illius
scientiam superare limites ingenii humani.

Th. XVI.

Eruditi, qui in orbe reperiuntur, constituant rem
publicam. Forma regiminis vero non conuenit statui
Monarchico nec Democratico, verum potius Aristocratico.

Th. XVII.

Prima lex huius societatis esto: Quius se consecret
aliorum utilitati atque commodo. Hinc membris licitura
non est, vnice persistere, antea inuentis, verum illo-
rum debitum est, semper aliquid addere, semper magis
quid inuenire.

Th. XVIII.

Optimum fulcrum reipublicæ literariæ est libertas. Ma-
xima pestis vero est seruitus, siue oriatur ex affectu am-
bitiōnis, siue pigritiæ, siue propriæ commoditatis.

Th. XIX.

Male Auctor artis cogitandi dicit cognitionem sym-
bolicam nil conducere ad claritatem idealium.

Th. XX.

Etsi systema Harmoniæ Præstabilitæ habeat maximas
difficultates, inter illa tamen, quæ innotescunt, maxi-
mam probabilitatem præ se fert.

Th. XXI.

Th. XXI.

Moralitas testamentorum in liberos, utique est fundata in Iure Naturæ.

Th. XXII.

Nullum argumentum Philosophum minus decet, vel est magis noxiū, quam illud, quod ab inuidia de-
sumtum est.

Th. XXIII.

Veritas spectrorum utique est adstruenda.

Th. XXIV.

Amor Dei purus, quem quidam statuunt, est ens quod-
dam rationis.

Th. XXV.

Nemo melius promovit scientias, quam qui martyris
ob illarum defensionem fuit.

Th. XXVI.

Genium seculi diuersum adario probabiliter demon-
strari potest.

Th. XXVII.

Nulla methodus tam apta est ad promouendas scienti-
as, quam methodus scientifica.

Th. XXVIII.

Studium Physicum post Logicum merito est tractan-
dum.

Th. XXIX.

Qui dicunt animam esse materialem, vel etiam de a-
nimæ existentia dubitant, sunt tam stolidi, vt ex hemi-
num numero merito eximantur.

Th. XXX.

Principia Logicae recentiorum sunt multo firmiora,
quam principia vetustiorum.

Th.

Th. XXXI.

Falsa est illa sententia, nil iam dici quod non dictum sit prius.

Th. XXXII.

Si rationem volumus excolere, tunc non solum imaginationis vim debemus compescere; verum etiam tales libros reiicere, in quibus male feriata imaginatio vigeat, talesque contra ea legere, qui methodo scientifica sunt conscripti.

Praecellentis Genii ac Ingenii Vir,

Dn. JOHANNES SCHMIDI,

Philosophiae Magister fulgidissime.

Quod summus ille hominum PROMETHEUS, aeternum innus ac providentissimum Numen, ex meliori fingere voluit luto, hos etiam in laudem suam, in dias luminis auras, semper praeferre alii solet, quibus non volupe fumo patrio indormire, atrae liginis succo risci, humi repere & ad altiora frontem non eleuare. Te, Amice canadissime, igneo ut poete donatum ingenio, Camoenis Ursaliensibus inuisis, patriis haud diu coerceri finibus, sed mature exteras adire terras, idem ille PROMETHEUS, ingeniorum censor aequissimus, gloriose voluit. Ad Rostochiensē itaque Atheneum, profectus es, a cuius inclutae sapientiae Professoribus, propitio prorsus Numine, tanta susceptus es gratia, ut ingenii ac eruditionis Tuae perspecta praestantia, dignum iudicauerint, qui mox fere ab accessu, philosophicis candecorarerie honoribus & in numerum Docentium Academiae, statim collocatus fueris. Hinc altioribus Theologiae mysteriis initiandum condecorandumque, per celebres Jenensum Musae in sui consortium, non potuere non evocare animiores. Vix quosdam menses ibi degisti, antequam sub Excellen-

cellentissimi Theologi ac Philosophi D. JO. GEO. WALCHII mo-
deramine, disputationem egregiae eruditionis theologicae, orbi
eruditio exhiberes. Patrios Lares praelustri prorsus genio stimu-
lante, cogitans reecogitansque, etiam hos praecipue a quorum-
dam inficetis homuncolorum convitiis vindicare voluisti, edita
ingenitis doctrinac opusculo, de ingenii Suecorum ad studia
natis factisque, quod ipsum eis argumentis & flosculis, tam
philosophicis, quam historicis ornasti, ut si temporis angustia,
vel igneus moraeque omnis impatiens ingenii Tui fervor, silum
non nimis accelerasset, tale censemendum foret, quod iure me-
ritoque aeternitatem ferret indubiam. Cumque iam tum ad ex-
emplum summorum Herorum literariorum, negotia severiora phi-
losophica ac theologica, blandiori rei literariae studio tempe-
rare, eruditionis Tibi incitatorem atque aemulum quotidianum
alegisti, magnum nostri temporis Polybistorem, Dom. GOT-
TIEB STOLLUM, cuius quotidiano coniuncti Te multum debere
ingenue proficeris. Haud iaque mirum, Te, Reipublicae lite-
rariae, in Germania hodiernis Heroibus, breui innotuisse. Hi
quippe mox Te mellifuis salutarunt exoraruntque literis, ut com-
merciū epistolicum cum illis coleres atque meditationes Tuas
literarias, praecipue vero noua ex hyperboreo orbe illis com-
municares, & promissis & actu restantes, se orbi eruditio, ai-
ariis suis, communicasse, quidquid a polita Tua manu um-
quam accipere potuerint. Currenti addere calcar, opus non erat;
floruisti sic intima amicitia, cum S. R. JOA. CHRIST. COLE-
RO, magno illo dum viveret, & Literatore & Historiae ecclae-
siae. nostri temporis statore. Viges quotidiana amicitia cum
Collega illius, pariter ac meritorum ut & laborum literario-
rum aemulo & continuatore Viro Max. Rev. F. W. BARTHOLO-
MEI. Facts id ipsum, cum Excell. Lipsiensium literarum Promotore,
JO. ERHARDO KAPPIO, cumque per celebri olim Pe-
tro.

9

metropolitanei musei membro, iam Hamburgensum Camoenarum oculo,
JO. PET. KOHLIO, qui nomen Tuum publicis laudibus,
a quibusdam iam annis, in dianio suo, quam maxime celebravit.
Praetergredior alios doctissimos viros, quorum estaturn in
Te favorem per literas, ipse oculis inspexi. Quid dicam de con-
tinuis Tuis colloquiis cum doctissimis in Germania viris, quorum
doctrinam non solum evehis, verum etiam nomina abo Tu*o* in-
scripta, memoria florenti colis & veneraris? At hoc modo non
solum monsfrasti desiderium Tuum bene merendi de literis &
sacris & elegansioribus, verum industria Tua & ulterius se ex-
tendit. Indultu enim & iusu R. Fac. Th. Jen. in templo acade-
mico, studiosam Juventutem, sermonibus sacris aedificasti, inque
hoc Collegio Magistrorum, qui iunctis viribus, cum Professoribus
Fac. Th. pro rostris loquuntur & hos auditores tenent, non so-
lump ut membrum, verum etiam ut Senior & Director salutatus
es. Taceo Te in variis civitatibus Germaniae, ut Lubecae, Wisma-
xie, Rostocbi, populum, sanctis allocutionibus, multoies tam fe-
liciter tenuisse, ut Tui presentiam efflagitarint, illamque honorib-
us condecorare promiserint.

Amore Patriae vero percitus ad Nos iterum rediisti. Populo-
rem vero, tanta doctrina auctum tantisque meritis, in tenera ju-
ventute, (aetatis annum vigesimum primum, vix egressum) slo-
rentem, omnes ingenui laetissimis acclamationibus exceperunt. Per-
specta sollelia sic tua singulari, augurati sumus, Te, insigne
decus olim conciliaturum officio, cui praeesse Deus Te voluerit, si-
ve academico, sive sacro, ad utrumque videlicet aptum & pa-
ratum. Nec fortuna Te prorsus fefellit, statim enim post redi-
tum Tuum, munus sacrum, Te plane inscio, Tibi oblatum est, quod
præmia meritis condigna spondebat. Hoc vero, quod male solent
plerique, non avide ac incaute adripuisti, sed conscientia sollicite

B

examini

examinata, non illum ardorem, quem eiusmodi muntris sollicita
 & indefessa cura exposcit, in Te, inter illud tempus reperiisti, quo
 deliberationis vacatio Tibi relinquebatur bincq; hac vice, non abs
 tentatione tale officium a Te declinasti. Accesserunt simul aliae
 circumstantiae id suadentes; corpus enim Tuum, multis vigiliis la-
 boribusq; defessum, non paiebatur, iteratis ouris statim immergi,
 nec permittebant scripta a Te incepta interruptionem tam subita-
 nem. Cum vero vacaret officium sacrum, quod Viennae, inau-
 tu Sacrae Maiestatis Sveciae, Legato, in gratiam Evangelio-
 sorum, concessum est, quodque ingenium Tui simile requirit, in-
 ter illius competitores honeste Te stieristi, multis rationibus alli-
 citus; cum vero sors benigna faveret alii doctissimo viro, Acade-
 miae Lipsiensis atumno, studia Tua, cursu non interrupto, conti-
 nuasti simulque decrevisti, Upsaliam, magnum illud eruditio-
 nis delubrum, per tempus byemale audeundi. Nescio vero, quo
 fato contigerit, ut nos amici Tibi suaderemus impensius eligendi
 Aboense Lyceum. Post adventum tuum vero non patuit, num ubi
 diutius permanere, num vero iter Tuum cito ad nos iterum accele-
 rare gestias. Ut nunquam Macenates & Musagetae, iusti ac-
 quique censores Tibi defuerunt, sic & illos in posterum, labores
 Tuos condignis praemiis condecoraturos, numquam desperabimus.
 Vale, Amicoruta optime, & numquam immemor esto

Tui

Dabam Holmiae auctorzedas, ERICI JULII BIOERNERI.
 d. ii. Dec. MDCCXXXVII,

